

SO. quodsi eum nunc reperire possim, nil est quod verear.

CH. eäst ipsa :

conloquar. *SO.* quis hęc loquitur? *CH.* Sophrona. *SO.*
et meum nomen nominat?

CH. respice ad me. *SO.* di obsecro vos, estne hic Stilpo? 740

CH. non. *SO.* negas?

CH. concede hinc a foribu' paullum istorsum sodes, Sophrona.

15 ne me istoc posthac nomine appellassis. *SO.* quid? non
obsecro es

quem semper te esse dictitasti? *CH.* st. *SO.* quid has
metuis fores?

CH. conclusam hic habeo uxorem saevam. verum istoc de
nomine,

eö perperam olim dixi ne vos forte imprudentes foris 745
effuttiretis atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.

20 *SO.* em istoc pol nos te hic invenire miserae numquam
potuimus.

CH. eho dic mihi quid rei tibist cum familia hac unde exis?
ubi illae sunt? *SO.* miseram me! *CH.* hem quid est?
vivontne? *SO.* vivit gnata.

matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors consecutast. 750

CH. male factum. *SO.* ego autem, quae essem anus
deserta egens ignota,

25 ut potui nuptum virginem locavi huic adolescenti
harum qui est dominus aedium. *CH.* Antiphonin? *SO.*
em isti(c) ipsi.

